Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



179

lulaw. nadam spoliatus ⁊ nudus.
Fatam planctum uelut draconis.
⁊ luctum sicut struthionis. Quia desperata est plaga eius. quia uenit usque ad iudam. tetigit portam populi mei usque ad hierusalem. In gethy nolite annuntiare. lacrimis ne ploretis. In domo pulueris puluere uos conspergite. ⁊ transite uobis habitatio pulchra. exusta ignominia. Non est egressa que habitat in exitu. Planctus domus uicina accipiet ex uobis. quia stetit sibi met. quia infirmata est in bonum. que habitat in amaritudinibus. quia descendit malum a domino. in portam hierusalem. Tumultus gaudio stupores habitanti lachis. principium peccati est filie sion. quia inuenta sunt scelera israel. Propterea dabis emissarios super hereditate gethy. domos iudaeorum in decepcione regibus israel. Adhuc habitabo tibi. que habitas in maresa. usque ad odollam uenet gloria israel. De calnare ⁊ tondere super filios deliciarum tuarum. dilata calnitium tuum sicut aquila. quoniam capti ducti sunt exte. ii.

Capt. iii.

Ve qui cogitatis inutile. ⁊ operantur malum in cubilibus suis. In luce matutina faciunt illud. quia est in manu dei est manus eorum. Et concupierunt agros ⁊ uolentes tulerunt. ⁊ domos. ⁊ rapuerunt. ⁊ calumpniabantur uirum. ⁊ domum eius. uirum ⁊ hereditatem eius. Iocirco hec dicit dominus. Ecce ego cogito super familiam istam malum. unde non auferetis colla uestra. ⁊ non ambulabitis superbi. quoniam tempus pessimum est. In die illa sumentur super uos parabola. et cantabitur canticum cum suauitate di

centium. De plantione uastati sumus. populi mei commutata est. Quomodo recedet a me cum reuertatur qui restituet agros nostros diuidat. Propter hoc non erit tibi mittens funiculum sortis in medio domini. Ne loquimini loquentes. non stillabit super istos non apprehendet confusio. dicit domus iacob. Numquid ad breuiatus est spiritus domini. aut tales sunt cogitationes eius. Nonne uerba mea bona. bona sunt cum eo qui recte graditur. Et e contrario populus meus in aduersarium insurgit. Desuper tunicam pallium militis. ⁊ eos qui simpliciter transibant conuertistis in bellum. Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum. a paruulis earum tulistis laudem meam in perpetuum. Surgite ⁊ ite. quia non habetis hic requiem. propter immunditiam eius corrumpet putredine pessima. Ita nam non essem uir habens spiritum. et mendacium loquerer. Stillabo tibi in uinum ⁊ in ebrietatem. ⁊ erit sicut quemadmodum stillatur populus iste. Congregatione congregabo iacob. totum te. in unum conducam reliquias israel pariter. Ponam illum sicut gregem in ouili. sicut pecus in medio caulae. Tumultuabitur a multitudine hominum. Ascendit enim pandens iter ante eos. diuident ⁊ transibunt portam. ⁊ egredient per eam. ⁊ transibit rex eorum coram eis. ⁊ dominus in capite eorum.

Capitulum. iii.

Et dixit. Audite principes iacob. ⁊ duces domus israel. Numquid uestrum est scire iudicium. qui odio habetis bonum. ⁊ diligitis malum. Qui violenter tollitis pelles eorum de super eis. ⁊ carnem eorum de super ossibus eorum. Qui comedentes carnem populi mei. ⁊ pellem eorum de